

committere prudenti Vicario specialiter delegato : quia in his Episcopus habet ordinariam jurisdictionem speciali iure, post indultum Concilij Tridentini, sicut & habebat Olim ante quam Papa sibi reseruaret. Neque obstat Concilium Tridentinū, Sessione 24. capit. 6. de Reformatione, vbi dicitur in foro conscientie tantum licere Episcopis delinquentes quoscunq; sibi subditos in sua Diœcesi absoluere ab Hæresis crimine, hoc autem eorum Vicarijs non esse permissum dicitur enim. Non eorum Vicarijs sit permissum. Nam respondeo cum Doctissimo Corduba in Summa de Casibus cōscientie. q. 8. q̄ in Cōcil. Trid. non diffinitur, quod Episcopi non possunt committere alicui specialiter talem facultatem, sed quod eorum Vicarijs non licet absoluere à prædicta censure & culpa. Quod docet esse intelligendū virtute generalis cōmissionis, quæ dari solet Vicarijs Episcoporum ad absoluendū à quibuscunq; casibus sibi reseruatis. Et sic tenet quod Episcopi possunt committere suam auctoritatem alicui Commissario particulari ad effectum prædictæ absolutionis.

Et